

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis** 

Reiffenstuel, Anaklet Monachii, 1699

III. Quinam Beneficia liberè conferre possint?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206

Quaft. 111. Quinam Beneficia libere conferre poffint ? 687

gat, prout limitat Layman in c. Nosti. n. s. de Elect. Alioquin enimillum, qui habet jus in re, sive titulum canonicum Beneficii, posse propria authoritate vacantem ejus dem possessionem apprehendere absque alio Superioris, vel Judicis decreto, censet Pir-

hing tit. de Prabendis, n. ss. citans alios.

29. CONCL IV. Per liberam Collationem confertur, & Per liberam obtinetur Beneficium Ecclesiasticum, quando illud solo jure collationem Prelati libere, absque prævia Capitulari electione, vel præsenta-conserri Beatione, consertur. Ita communis. Unde Barbosa loc. cit. num. 3. nesicium, & ait, quod collatio Benefici fit à Superiore gratuito facta concessio. Collatio Be-Ethze alio nomine vocatur Provisio: quia is, cui est facta collatio, nefici), dicitur de Beneficio provisus, aut Beneficium de persona ejus quid? provilum.

QUESTIO III.

Quinam Beneficia liberè conferre possint ?

ONCL. I. Papa de Jure communi habet potestatem Papa habet conferendi omnia Beneficia Ecclesiastica totius Mun-potestarem di Ita unanimis Catholicorum; & habetur expref- Beneficia fumin Jure Canonico variisin locis, ut c. 2, de Prab. in 6. & c. Si torius Mun-Papa de Privil. in 6. & Clem. un. Ut lite pendente &c. ibi . Ad quem di. (Romanum Pontificem ) Ecclesiarum , Personatuum, Dignitatum , aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum plena & libera dispositio, ex sua potestatis plenitudine noscitur pertinere. Unde recepcum dictum est, quod Papa habeat concurrentem jurisdictionem cum omnibus Ecclesiæ Prælacis: quinimò ipse est Ordinarius Ordina-

31. CONCL. H. Tribus przcipue modis Papa folet Benefi. Sofereacocia conferre, videlicet jure præventionis, jure concursús, & jure devolutionis. Ita Rebuffus in Praxi, tit. de Devolutionibus, §. 46. heet

& alii; idque ostenditur inductione.

32. Inprimis Jure preventionis id fit, quando Romanus Jure pra-Pontifex cuipiam confert gratiam exspectativam ad Beneficium ventionis, primo vacaturum, arg. c. Dudum. & c. Licet Ecclesiarum. de Prabend. in 6. cum concordanti's. Et hocest speciale in Summo Pontifice, neque alteri concessium, quod Beneficium, seu Præbendam nondum vacantem certæ perfonæ promittere, & jus ad illud dare queat, arg. c. Nulla, de Concess Prabenda. Idque adeò verum est, quod etiam promissis Beneficii vacaturi per Præla:

688 Traft. XI. De Beneficijs, Jure patronatus, & Decimis. Dift. 1, tum Papa inferiorem facta nihil valeat, nullamque inducat obligationem, c. Relatum. & c. Ex tenore. eod. Ubi hujusmodi promissiones Beneficij vacaturi, etiam scriptis data, non tene. re dicuntur ; cum fint attentatæ contra dispositionem Concili Lateranensis. 33. Deinde Jure devolutionis Beneficia Ecclesiastica conferun-Jure devolutionis. tur à Papa, quando propter negligentiam conferendi, vel moram eligendi ab inferioribus Eccletiæ Prælatis commillam, talis pote!tas conferendi ab inferioribus devolvitur ad SummumPontificem. Quia enim Ecclesia Cathedrales, & Regulares, ultra tres menses vacare, seu Prælato carere non debent, text. clar. c. Ne pro defectu. de Election. alia verò Beneficia intra semestre, seu sex menses conferenda sunt, c. Nulla. de Concess. Prabenda. Hinc, si ordinarij Electores aliquem intra præfatum tempus eligere, aut ei Beneficium conferre negligant, vel eligant, seu conferantil. lud indigno, jus eligendi vel conferendi Beneficium plerumque devolvitur ad proximum Superiorem, ac eo etiam negligente, gradatimad Summum Pontificem, c. Quamquam. de Elett, in 6. & cit.c. Nulla. de Concess. Prab. Collatio Be-34. Veruntamen in hoc posteriori loco habetur specialislineficijab Emitatio, dum statuitur, quòd quando ad Episcopum spectatcolpilcopo de latio Beneficii, & ipse ultra debitum tempus conferre distulit, volviturad tune non ad Superiorem five Metropolitanum, sed ad Capitu-Capitulum. lum de volvatur collatio illius Beneficij. Idque meritò statutum fuit propter communionem, quæest inter Episcopum, & Capi-Limitatur tulum suum Cathedrale: quamquam hocipsum procedat dunhoc. taxat in Beneficijs, quæ pertinent ad Episcopum jure proprio; non autem in devolutis ad Episcopum propter negligentiam, vel delicum inferioris Collatoris, ut observat Abbas in cit. c. Nul. la. de Concess. Prab. citans alios. Et ure con-35. Tandem Jure concursus Papa conferre potest Beneficia cursus, que- Ecclesiastica, eò quòd ipse cum quoliber ordinario Collatore conmodo? currat in potestate & jurisdictione. Nam quamvis Papa potestatem conferendi Beneficia Ordinarijs contulerit, sibi tamen majorem reservavit, c. Dudum de Prabend. in 6. Quid juris, 36. Unde de plenitudine potestaris potest Summus Pontifi idem Befex qualiber totius Mundi Beneficia Ecclesiattica conferre, etineficium à am nullà interveniente negligentià inferiorum Collatorum or-dinariorum : & tunc inter Papam & reliquos inferiores Colla-Papa, & inferiore, duo tores datur locus præventioni, ita ut qui prior contulit, ejus colbusconferatur ?

n

n

in

EC

R

Quaft. III. Quinam Beneficia libere conferre possint? 689

latio ratasit. Quòdsi idem Beneficium à Papa uni, & ab Ordinatio alteri collatum sit eâdem die, nec appareat, que collatio fuerit prius facta, erit potior conditio possidentis: si verò neuter poslideat, præfertur is, cui Papa, vel ejus Legatus, contulit Bene-

ficium, text. clar. c. Si a sede. de Prab in 6.

37. CONCL. III. Post Papam ordinarius Collator Benefi. Episcopus ciorum in sua Diœcesi est Episcopus. Patet hoc ex c. Nullus est ordina-ciorum in sua Diœcesi est Episcopus. Patet hoc ex c. Nullus est ordina-compino 16. q. 7. & c. Cum ex injuncto. S. sin. de Hereticis, ibi: Ad tor Benesi-cujus (Episcopi) officium tam institutio, quam destitutio Sacerdotum ciorum sux noscitur pertinere. Hinc Abbas in cit. c. Cum ex injuncto. n. 2 ait, Diccesis. quod Episcopus fundatam intentionem habeat super institutione, ac destitutione Sacerdotum, in Beneficijs suz Diocessis : &, si alius sibi vendicat, probare debeat, jure speciali id sibi Habetsu-&, si alius sibi vendicat, probate debeat, sure speciali di fibi persisin-competere; quia de Jure communi illa pertinent ad Episco-tentionem pum Unde de his inferioribus Collatoribus impræsentiarum fundatam. non est necesse agere; cum potius specialia jura, que nonnullis inferioribus Collatoribus competun inspicienda veniant-

38. Quares, quid cenfendum de Collatione Parochialium CollatioBe-Ecclesiarum per Concursum? Resp. De hoc ex professo agi in parochiasisi Concilio Trident. Sess. 24. de Reform. cap. 18. Cum enim maxi-perConcurme expediat animarum saluti, eas à dignis & idoneis Parochis sum, quæ? gubernari: hine Concilium ibidem saluberrime decrevit, ut vacante Ecclesia Parochiali, interim, si opus fuerit, idoneus in ea Vicarius cum congrua fructuum portionis assignatione constituatur, donec ipsi de Rectore provideatur. Exinde voluit, ejusmodi Parochias non arbitrio Episcopi, sed per Concursum esse

conferendas.

39. Porrò forma concursús hæc assignaur, ut vacante Fc Concursús. clessa Parochiali intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, aliquot Clerici, ad Ecclesiam regendam idones, coram deputandis Examinatoribus nominentur; vel, si ita pro Regionis more videatur magis expedire, per Edictum etiam publicum ad talem Parochiam aspirantes vocentur, & comparentes examinentur per Examinatores in SynodoDioccesana depuratos: & qui peracto examine idonei judicari fuerint ztate, moribus, doctrina prudentia, alissque rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, Episcopo denuntientur. Ex quibus deinde Episcopus eum eligat, quem cateris magis idoneum judicaverit; ipsique, & non alii, Parochia conferatur, prout amplius habet Concilium Trid loc. cit. Verum ab hoc Concur-SIII 2



690 Tract.XI. De Beneficiis, Inre patronatus, & Decimis, Dift. 1. su sunt eximendæ nonnullæ Parochiæ, de quibus infrà Dist. 3. 16. quid cen-40. Quæres ulteriùs, quid sit censendum de Primis Precibus fendum de Imperatoris? Resp. Romanus Pontifex Imperatori recens Primis precibus Impeelecto, & à Papa confirmato, id postulanti, per speciales litteras Tatoris? concedere solet pro Ecclesiis Germaniæ singulare privilegium, virtute cujus in qualiber Ecclesia semel personam idoneam,sibi graram & acceptam, ordinario Collatori nominare poslit, qui ad Beneficium vacans, dummodò cæteroquin sicidoneus,omnino recipi debeat. Et huju smodi nominatio per Romanorum Imperatorem facta dicitur proprio nomine, Prima Preces Impera. 41. Cæterum prædictæ Preces Imperatoris sunt intelligen-Non debent dæ, dummodò idem Collator non nisi semel, id est, pro unico effe fecuntantum Beneficio gravetur: nam alioquin non primæ, sedse-cundæ Preces censerentur. Gravasse autem tunc censetur, si dæ. Preces ad effectum pervenerint, atque supplicans actu Benefieium illud obrinuerit : nam si hic Precibus renunciaverit, vel ex quocunque alio impedimento Beneficium illud non obtinuerit, nihil prohibet, quin Imperator novas Preces pro alio ad eundem Collatorem dirigere valeat. 42. Ab his tamen Primis Precibus excipiuntur Dignitates In quibus Pontificales, & primæ post illas ; ut Præposituræ, vel Decanatus: Beneficijs non habeitem Prælaturæ, primæque Dignitates in Monasterijs, & Eccleant locum ? sijs Collegiatis. Excipiuntur etiam Beneficia, que pertinent ad Jus patronatûs Laicorum : nam huic Pontifex nunquam censetur derogare, nisi idexprimat. Insuper Primæ Preces Imperatoris locum non habent, nisi ordinarius Collator ad minus quatuor Beneficia conferre possit : nam si unum duntaxat, vel alterum conferendum habeat, non tenetur ejulmodi Preces admittere. Quinimo hæc clausula, Dummodò ipsi Collatores, & Collatrices, saltem quatuor Beneficia conferre habeant, Litteris Pontificis, Cæsarez Majestati dictam facultatem concedentibus, inseri solet ; ne alioquin facile contingat, ut quis toto vitæ suz tempore impediatur ab usu juris liberæ suæ Collationis. Engel in. de Prabend. n. 70. Wagnereck cap. Is cui. 9.2.60d.in 6.